

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm || Martii Et Aprilis

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10259

De SS. martyribus, Terentio, Africano, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77384](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77384)

Leo fuis yngubus patrat sepulcrū.

Continuò autem, iuxta senis sermonem, leo cum brachijs & vngulis fecit foueam, quanta ad sepeliendum sancte corpusculum sufficere posset. Senex vero lachrymis perdes sancte abluens, & multipliciter effusa prece exorans eam, ut nunc pro omnibus amplius oret, operuit terra corpusculum nudum adstante leone, sicut eam prius repererat, & nihil aliud habens, nisi illud scissum vestimentum, quod ei iam ante proiecerat Zosimas, ex quo Maria quædam sui corporis membra texerat. Deinde recedunt pariter: & leo quidem in interiora solitudinis quasi ouis mansueta abscessit: Zosimas autem reuersus est, benedicens & glorificans Deum, & hymnum laudis decantans Domino nostro. Veniens autem in coenobium, omnia fratibus ab initio retulit, nihilque abscondit ex ijs omnibus, quæ vidit & audiuit, ut omnes audientes magnalia Dei, nimio stupore admirarentur, & cum timore & amore magna fide celebrarent beatissimæ Mariæ huius transitus diem. Iohannes autem Abbas inuenit quoddam corripendos & emendandos, iuxta sancta illius sermonem, & hos miserante Deo convertit.

Zosimas ceterarius monitritur.

Zosimas autem in eodem degens monasterio, implevit annos centum, & tunc migravit ad Dominum in pace, gratia Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria &

honor & imperium vñā cum sancto & viuificatore & adorando spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

SANCTORVM TERENTII, APHRICANI ET SOCIORVM MARTYRIVM, AVTHORE

Simeone Metaphraſte.



Io. Aprilis.
eiusmodi

Multi deficiunt à Christo.

Matth. 10.

Terentius responderet Praefecto.

Psal. 113.

Ecius Romanorum Imperator, idolorum studio cupiens omnes in exitij barathrum pertrahere (erat enim filius dabo) in vniuersas Imperio subiectas prouincias edicatum misit, ut omnes Christiani ad immolandum & comedendum ea, quæ idolis essent immolata, pertraherentur. Quod si qui recusarent, in iudicium vocati pleberentur. Decretum hoc cùm in Aphricam ad Praefectum Fortunatianum esset perlatum, ipse sedens in tribunali, populum conuocauit, & sic est allocutus: Dijs immolate, alioqui supplicij afficiemini. Et, his dictis, tormenta in medium profeni iussit. Quibus conspecti, multi perterriti Praefecto ob-

temperarunt, & à Christi religione defecerunt. Quidam tamen ex ipsis, numero quadrageinta, in Christi fide fortiter mori decreuerant, seque mutuò ita cohortabantur: Videte, fratres, nè Dominum nostrum Iesum Christum abnegemus, nè ipse quoquè abneget nos. Mementote Dominum olim dixisse: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Timete potius eum, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.

Fortunatianus ad hos: Video, inquit, vos viros & ætate perfectos, & sapientia præditos: quamobrèm miror, cur vos eiusmodi dementiae tradideritis, vt vnum Deum & regem dicatis, quem Iudæi, vt hominem sceleratum, crucifixerunt. Respondit omnium nomine sanctus martyr Terentius: Si nōsses, Praefecte, Crucifixi virtutem, relictis idolorum erroribus, ipsum coleres & adorares. Est enim filius Dei, benignus, diues, clemes & misericors, qui Patris nutu & voluntate in terram descendit, diuinatemque suam humanae naturæ coniunxit, & pro salute nostra Crucem subire voluit. Fortunatianus, his auditis, dixit ad eos: Immolate: alioquin membra vestra comburens, delebo vos. Putas, inquit Terentius, nos terrore commotos sententiam mutatuos? Non adeò sumus ignavi, vt, relicto vita largitore, deos alienos adoremus. Fac igitur celeriter, quod tibi lubet, aduersum hos, quoniam strenui & constantes Christi cultores sumus. Indignatus Praefectus, iussit eos, vestimentis detraetis, in idolorum templum trahi. Idola autem auro argentoque & preciosis erant vestibus exornata. Ingressus Fortunatianus, dixit eis: Magno deo Herculi sacrificare. Gloriam enim & potestatem eius conspicitis. Erras, inquit Terentius, & ignoras id, quod tibi vtile est. Dei enim isti tui, lapides sunt, & ligna, & æs, & ferrum. Ornati autem sunt auro, vt homines decipient, & abducant ab æterna vita. Nam ipsi quidem non vident, nec loquuntur, nec audiunt, nec ambulant: quippe qui ab hominibus sculpti conflatiique sunt, & in hominum speciem conformata, vt ad hanc impiam cogitationem eos, qui sibi parent, conuertant. Similes enim eo-

rum

rum sunt, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Dicite, quæso: Ipsi, quos deos as-
seritis, possunt ne sibi ipsi opitulari, & eos, à quibus lœduntur, vlcisci? Quod si ipsi sibi au-
xilio esse non possint, quomodo nobis opitulabuntur?

Psal. 119.

Hæc audiens Præfectus iussit Terentium, & Aphricanum, & Maximum, & Pompeium in carcerem interiorem detrudi, & omni diligentia custodiri: Cras, inquietis, audiam in carcere illos. Beatum autem Zenonem, & Alexandrum, & Theodorum cum reliquis socijs, qui martyres. erant omnes numero triginta sex, ad tribunal adductos sic alloquitur: Cùm ex priori vestra contentione nihil utilitatis perceperitis, parete mihi & magno deo Herculi im-
molare. At illi: Sæpius iam, inquieti, diximus, nos esse Christianos, id quod ex superiori-
bus questionibus intelligere potuistis: nec tu nobis vñquam persuadebis, vt idola impura colamus & adoremus. Facilè enim possumus, quicquid in hanc sententiam dixeris,
confutare. Nō vultis, inquit Præfectus, cohortationes meas audire? Atqui iniunctorum Imperatorum iussa facere cogemini. Et iussit eos asperis virgis & neruis vapulare. At Eorum socij illi, sublati in cælum manibus, vñ omnes & clara voce dixerunt: Aspice, Domine, & flagellans adiuua seruos tuos, & libera nos ab aduersario. Quibus auditis, magis adhuc eos virgis tur.
cædi imperauit, donec multi satellites vñus post alium cum verberando defessi sunt, &
lora ac virgæ defecerunt. Rursus autem iussit eos fustibus cedi. Verum licet omnia ipso-
rum viscera contererentur, adeò tamen hilares ac lœti erant fortium martyrum vul-
tus, vt omnes sanctorum patientiam atque constantiam admirarentur.

Postquam igitur cesi fuerunt, dixit ad eos Præfectus: Immolate, & liberabo vos. San-
cti autem tacebant. Sed Præfectus iratus, pyras incendi iussit, & terga eorum aduri, cùm Aduratio
ea prius acero & sale conspersa essent. Tunc sancti Dei martyres suspicentes in cælum,
dixerunt: Domine Deus noster, qui tres pueros, Ananiam, Azariam & Misaëlem de
camino ignis liberasti, nec eos lœdi permisisti: qui Danielem ex ore leonum eripuisti, Daniel. 3.
& de manu Pharaonis Mossem seruasti: & sanctam Teclam ab igne, & theatro, & feris Daniel. 6.
achlesti marinis defendisti: qui amicis tuis perfectum regnum largitus es: qui filium
tuum Dominum nostrum Iesum Christum à mortuis excitasti: qui multa variaq; do-
na nobis dedisti: qui lucem procreasti, & cælum sicut pellem extendisti: qui stellas dinu-
meras, & suis eas nominibus vocas: qui in fines terræ misisti veritatem: exaudi nos sup. Psal. 105.
plices, & ex calamitatibus libera: quoniam tua est gloria in secula seculorum, Amen.
Cum precandi finem fecissent, Præfectus ira desauiens, iussit eos suspensos dilacerari.
Quod quidem dum fieret, sanguinis riui ex eorum corporibus defluebant. Neque tam dñe dilata-
men cruciatum acerbitate commouebantur. Deus enim confirmabat eos, & robur ac cerantur.
fortitudinē subministrabat. Præfectus autem ad eos: Persuaserunt ne vobis tormenta,
vt ab insania recedatis: an adhuc in impietate vestra permanetis? Illi nihil responderunt.
Ad vos, inquit rursus Præfectus, hæc loquor. At sancti Dei Martyres suspicentes in
cælum, ita locuti sunt: Deus omnipotens, qui Sodomorum urbem propter ipsorum
nequitiam igne succendisti, & in solitudinem redigisti, hoc etiam impiorum domici. Gene. 19.
lium nunc propter iustitiam tuam cuerte. Cumq; Christi signum frictibus suis impref. Dæmonū
fissent, in sufflante aduersus idola, & ea statim confracta in puluerē redegerunt. Tunc idola con-
sancti Martyres ad Prefectum: Cernis, inquieti, deos tuos? Vbi est robur ipsorum? Po-
tuerunt ne sibi ipsi opitulari? Haud multò post autem & templum corruerunt. Cuius euer. Temp' um
sione indignatus Præfectus, iussit, vt sancti Martyres capite plesterentur. Qua illi sen. corruerunt.
tentia lœti, collaudabant Deum, & gaudentes ad locū præfinitum peruenierunt: & ge-
nibus flexis, oblatisque ceruicibus, confessi interfeciti sunt. Accesserunt autem viri Martires
religiosi, & sublata eorum corpora in loco sacro considerantur. decollan-
tur.

Tum beatum Terentium, & Aphricanum, & Maximum, & Pompeium adduci in-
bet, & dicit ad eos: Dijis immolate, alioquin male estis perituri. Et nemo poterit eripere
vos è manibus nostris. Christiani sumus, vt sapientissime iam diximus, responderunt Mar-
tyres, & in Christo spes positas & collocatas habemus. Dæmones non adoramus, neq;
deos tuos colimus, & tormēta tua negligimus. Proinde, quos vis, adhibe cruciatus. Deo
enim adiuuante, te à nobis viustum iri confidimus, quemadmodum & diabolus supe-
ratus est à Christo, qui nos ad cupiditates tuas vincendas corroborat. His auditis, iussit
eos in custodiā abduci, & catenis eorum colla & manus pedesque compeditibus vin-
ciri. Eos igitur ministri, vt iussi fuerant, in carcerem coniecerunt. Imperauit præter-
ea, vt tribulos ferreos in terram proiicerent, quibus configerentur: & nemini Chri-
stianorum ad eos accedere permetteret, ne cibum afferrent. Verum circa medium no-
tum lux fulsit in carcere, & angelus Dei stetit in conspectu ipsorum, & dixit ad eos:
LII Terenti,

Terenti, & Aphricane, & Pompei, & Maxime, serui Dei altissimi, consurgite, & corpora vestra curate. Et accedens angelus, tetigit catenas eorum, & ceciderunt. Et ecce mensa coram ipsis bene instruta. Et dixit ad illos angelus: Quiescite, & cibum capite, quem vobis Christus misit. Sancti autem, Christo collaudato, comedenterunt. At custodes, splendore perspecto, ingressi sunt, ut viderent, quid illud esset: & inuenentes eos gaudentes: & praefecto rem nunciaverunt. Qui postridie eos ad tribunal adduci iussit: & Nondum, inquit, supplicijs edocti essent, ut ab amentia vestra discedatis, & diis immolatis? Respedit Terentius: Stultitia haec nobis erit & omnibus qui diligunt Deum. Quod enim stultum est Dei, sapientius est hominibus: nam hominum sapientia, apud Deum stultitia est. Stulti amentes esse mus, si, relieto Deo, demones, quemadmodum tu facias, vngulis laudaremus. Quibus verbis Praefectus iratus, iussit eos vngulis lacerari. Dum autem id fieret, illi precabantur Deum, dicentes: Iesu Christe fili Dei viuentis in secula, lumen Christianorum, spes nostra certissima, praestolis nobis, & fer auxilium: & ne confundas nos propter sanctum nomen tuum. Christi igitur ope subleuati, cruciatus non sientebant.

Nihil leduntur a feris & serpentibus. Itaque iussit eos Praefectus in carcerem retrudi. Et conuocatis omnibus ferarum incantatoribus, imperauit, ut saevas omnes feras & crudeles, quas haberent, aspides & vi peras afferrent, & eum ipsis includerent. Quae quidem ferarum ad pedes eorum accederent, eos nihil omnino ladebant. Sancti vero considerantes, psallebant, & Deum collaudabant. Cumque tribus diebus & tribus noctibus cum sanctis inclusae mansissent, quarto die sub noctem misit Praefectus, qui viderent, utrum a feris consumpti essent. Sed qui missi fuerant, ad carceris fores appropinquantes, audiebant eos psallentes & collaudantes Deum. Cumque diligentius vellent intueri, quid ageretur, carceris tectum considerantes, sanctos viderunt, qui considerabant, & angelum Dei stantem antefaciem ferarum, & ne ad eos appropinquarent, prohibentem. Et Praefecto celeriter, quae viderant, nunciaverunt. Summo igitur manu sedi in tribunal, & iussit, ut incantatores ferarum suas sumerent: & sancti ad tribunal adducerentur. Incantatores igitur cum ad carceris ostium incantationibus suis feras aducarent, illae non audiebant. Sed cum ostium carceris apertum ab illis esset, uno omnes impetu egredientes, quo scutum sunt homines, occiderunt, & in solitudinem profecti sunt. Tum custodes ad Praefectum sanctos adduxerunt. Qui cum eos nulla in parte laesos adspiceret, furore concitatus, eos capite damnauit. Sancti autem egressi sunt lati, canentesque dicebant: Liberasti nos, Domine, ab ijs, qui nos affligebant, & qui oderant nos, confudisti. Ministri vero, eductis gladiis, fecerunt imperata. Atque ita sancti in Christi confessione, martyrij palmam acceperunt.

Eorum autem corpora recte componentes viri religiosi, in loco, qui duobus pa-
sum millibus ab urbe distabat, sepelierunt, ad gloriam Salvatoris nostri Iesu Christi,
qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

VITA S. MACARII PATRIARCHÆ ANTO- CHENI, IVSSV SIGERI ABBATIS SCRIPTA ANNO SA-

*Iulii 1067, sed author nomen suum suppressit. Plerisque autem locis & stylis
mutatus est, & quæ redundare visa sunt, redacta in compendium
per F. Laurentium Surium, sed ita tamen, ut nihil desit
de historiæ integritate.*

io. Aprilis.

Patria S.
Macarij.

Parentes.



Emma regalis, quam non artificis manus, sed omnium artifex Deus in suo reposuit diademate, Armeniæ decus, parentum gloria, beatus puer Macarius, nobilissimo apud Armenos stemmate ortus est: quippe cuius maiores omnes ab omni hominum memoria præcipua fuere nobilitate, nec inter eos facilè quispiam degener repertus est. Parentes habuit Michaëlem & Mariam, multa quidē generis claritudine insignes, sed quibus non minus splendoris & ornamenti accesserit ab optimis moribus natu ex ipsis filij clarissimi. Ea autem tempestate ille in lucem editus est, quando Macarius maior, magna sanctitatis vir, Antiochenam